UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.XXVII. Vorschreiben der Staatischen Gesandten vor die Reformirten im Westphälischen Crayse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. April. **N. II.** 1647. Mart.

Deſignatio Correctionum ad Catholicorum Declarationem, exhibita a Domino Volmario 10. April 1647. dictat. 12. April 1647. per Magdeburg.

Art. 3. §. *Quæcunque Monaſteria &c.* poſt verba: *Quavis ratione obligata,* additum: *(aut exemta:)*

Item §. *Ubi igitur &c.* in fine, poſt verbum: *reſtituantur: (nec Auguſtanæ Confeſſioni addicti poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione ullo modo turbentur, ſed perpetuo conſerventur & protegantur.)*

Item: *Quod ad eas Civitates &c.* poſt verba: *privati ſunt (velut Lindau ad Lacum Acronium, & Weiſſenburg in Noricis.)*

Item §. *Quæ vero bona Imperii &c.* in fine, poſt verba: *Condemnatus fuerit: (& quamvis Domino Directo liberum eſſe debeat, in hujusmodi terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ religionis Exercitium publicè introducere; Incolæ tamen & ſubditi ſuam, quam ſub priori poſſeſſore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, religionem deſerere non cogantur, ſed illius liberum exercitium ipſis permittatur.)*

Art. 11. §. *Liberæ Imperii Civitates &c.* poſtverba: *Confeſſio ſit &c.* additum *(anno Domini 1624.)*

Item poſt verbum: *in uſu,* pro: *eſt; (fuit)*

Art. 12. §. *Quod ſi vero &c.* in fine poſt verbum: *liceat: (niſi Obſervantiæ de anno &c. 1624. contrariæ ſint, quæ in hiſce caſibus inſtar normæ obſervari debet.)*

Item §. *Quod ad Comites &c.* poſt verba: *Emigrare non cogantur &c. (nec etiam prohibeantur dictæ Confeſſionis Exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare.)*

Art. 20. §. *In Cauſis vero Collectarum.* in fine poſt verbum: *petere: (atque hoc caſu generatim ea obſerventur, quæ in Receſſu Comitiorum Ratisbonenſium de anno 1641. §.* Nicht weniger ſeind wir §. Nemlich erſtlich ꝛc. *cum ſequentibus diſpoſita ſunt.)*

Art. 21. §. *Actum præterea eſt. &c.* poſt verba: *Cauſæ Eccleſiaſticæ; (ut & Politicæ inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Status vertentes.)*

§. XXVII.

Vorſchreiben der Staatiſchen Geſandten vor die *Reformirten* im weſtphäliſchen Creyß.

Bey dieſer Gelegenheit, und da der punctus Gravaminum Eccleſiaſticorum, zum endlichen Schluß præparirt wurde, ſtellten die Geſandten der Vereinigten Staaten denen Evangeliſchen Reichs-Ständen, in nachfolgenden Schreiben ſub N. I. vor, wie höchſtnöthig es ſey, daß die Proteſtanten unter ſich ſelbſt, in Einigkeit ſich verbindeten, und die, ſo der Reformirten Lehre beypflichten, von dem Genuß deß Religions-Frieden um ſo weniger ausſchlieſſen ſollten, je weniger ſelbige von einer Abweichung von der Augſpurgiſchen Confeſſion etwas an ſich kommen laſſen wollten: Dannenhero auch denen, in den Stifftern Münſter, Oſnabrück und Minden wohnenden von Adel das Privatum Exercitium Religionis ſuæ, möchte verſtattet werden.

1647. April. *Præſentat. d. 4. Jan. & Dictat. d. 5. Ej. per Di-rect. Magdeb. Anno 1647.*

N. II.

Vorſchreiben der Staatiſchen Abgeſandten an die Evangeliſchen Reichs-Stände, vor die, in denen Stifftern Münden, Oßnabrück und Minden wohnende *Reformirten*.

Illuſtres, Generoſi nec non Nobiles, Ampliſſimi ac Conſultisſimi Domini,

Quanto affectu, quibus curis & aſſiduis laboribus Ordines Generales Fœderatarum Belgii Provinciarum, contendant pacem ſtabilire fidam & perpetuam, atque ſalutares illius fontis fructus ad omnes vicinos, ac præcipue Evangelicam veritatem in Imperio Romano amplectentes, derivare, legationis noſtræ acta demonſtrarunt, & Excellentiis ac Dominationibus Veſtris Veſtris ſincera illa & conſtans Ordinum Generalium voluntas manifeſtè conſtat, atque ut Excellentiæ ac Dominationes veſtræ veſtræ ad pacem in univerſo Romano Imperio promovendam, ac præcipue ad reducendam ac firmandam inter Evangelicos fidam & fraternam concordiam, omnibus viribus incumbant, afflictæ tot annos, ingentibus externorum & civilium bellorum calamitatibus Reipublicæ Chriſtianæ res poſtulat, & prædictis Dominis Ordinibus gratisſimum eſt intelligere. De necesſitate & utilitate fidei & fraternæ hujus concordiæ, fruſtra eſt eloqui apud eos, qui ſpiritu concordiæ & affectu amicitiæ ducti, qui egre atque utilitate communi ſit, accuratè perpendunt, & omnia huc ſpectantia probè æſtimare didicerunt, noſtrum interponere judicium vel conſilium dare non præſumimus, ſed candidam & incorruptam amicitiam profitentes, hoc ſubjungimus, omnibus curis atque cogitationibus neceſſe eſt, eo tendere, ut evitentur inter Evangelicos ſeparationes, inſtrumenta periculorum & diſſipationum; & ſinceram conjunctionem optantibus utilia ſunt media, quæ ad metam iſtam quam facilimè ducunt, quorum primum ac tutisſimum eſt *æqualitas inter æquales*, certum concordiæ vinculum & firmum tranquillitatis fundamentum. Urget illam æqualis dignitatis atque ſtatus ratio, mutuæ defenſionis conditio & fides, periculorum omnibus ex æquo, aut gradatim imminentium magnitudo, & par metus, ſicut præterita & moderna exempla non obſcurè demonſtrant, aliis fatentibus, ſe invariatæ Confeſſioni accedere aliis Proteſtantibus, ſe variatam neſcire, & Confeſſioni anno 1530. Auguſtæ exhibitæ, ac à Statibus Evangelicis ſine diſcrimine nominis defenſæ ſubſcribere. Certè, quos conjunxit Evangelii veritas, ne illos dividat aut diſcrimini publico exponat præconcepta ſtudiorum & affectuum diſcrepantia, ſed ut in fida ac diuturnâ conjunctione ſubſiſtant, admonet eadem ſalus & neceſſitas, & optimum erit diviſionis impedimentum, æqualitas & reciprocatio, quam Serenisſima & Potentisſima Regina Sueciæ, præſens præſentibus malis remedium, prudenter & accuratè propoſuit, & dignum erit prudentiis Excellentarum & Dominationum Veſtrarum Veſtrarum, illam æqualitatem & reciprocationem maturo conſilio in communem Evangelicorum ulilitatem convertere, atque ut hujus fraternæ conjunctionis, amicitiæ & unionis inter omnes Evangelicos vinculum Excellentiis & Dominationibus Veſtris Veſtris officioſe & ſedulo commendaremus, curæ fuit Dominis Ordinibus Generalibus, quibus fida & intemerata intercedit cum Imperio Romino vicinitas & amicitia, & qui cum Excellentiis & Dominationibus Veſtris Veſtris mutuo Religionis nexu ligati, ex animo deſidarant, ut optata & fraterna illa inter Evangelicos in Imperio conjunctio & æqualitas, in hoc celeberrimo Conventu reſtituatur & reſtituta, ſine fraude conſervetur, ſicuti & nomine Domino-

rum

1647. April. rum Ordinum prædictorum, officioſe commendamus, ut *liberum Reformatæ Religionis Exercitium* reſtituatur Nobilibus, quod in Dioeceſibus *Monaſterienſi*, *Osnabrugenſi*, *Mindenſi*, in ædibus ſuis privatis habuerunt; & ſicut intemerato illo concordiæ nexu Provinciæ Fœderatæ tot annos, Deo favente, immenſam belli molem contra Regem potentiſſimum ſuſtinuerunt, ita hæc conjunctio Evangelicorum, per Dei gratiam, obtenta, non diſſimiles producet effectus, ad Pacem Univerſalem Imperio reſtituendam, & contra illos, qui ad turbandam pacem res novas molientur, maximum adferet momentum, & prædicti Domini Ordines Generales propenſis ſemper ſtudiis præſtabunt omnia officia, quæ ad removenda novarum diſcordiarum ſemina, & pacem conſervandam à bonis atque fidelibus amicis & vicinis poterunt deſiderari. Dabantur Monaſterii 10. Jan. 1647.

Excellentiis ac Dominationibus Veſtris Veſtris ad omnia grata officia paratiſſimi,

Bartold de Gent. Johann von Matenes. Adrian Pauw. I. D. Gnuyt. Johann Reede. F. V. Donia, N. Ripperda. Adr. Glant.

Ad
S. Rom. Imperii Electorum, Principum & Statuum Evangelicorum ad Tractatus Pacis Univerſales, Legatos & Deputatos Plenipotentiarios.

§. XXVIII.

Deduction der Stadt Minden, dieſelbe bey dem Evangeliſchen Religions-Exercitio und andern Rechten zu ſchützen.

Es hatte die Stadt **Minden** im vorigen Jahr (*vid. T. II. XVII.* Buch, *§. XXXVIII.*) ihre Gravamina in Eccleſiaſticis auf den Congreſs gebracht. Da nun die Handlung in puncto Gravaminum nunmehro zum Schluß befördert werden ſollte; So wurde die ſub N. I. hier erſichtliche ausführliche Deduction, von beſagter Stadt exhibirt, worinnen die Materie, **von der** *Mediat*-**Stände und Unterthanen** *Jure circa ſacra*, zimlich umſtändlich erläutert, inſonderheit aber gezeiget wird, **warum ſelbige Stadt bey dem** *Exercitio Religionis Auguſtanæ Confeſſionis*, **auch Kirchen und Schulen, ſamt anderen ihren** *Privilegien*, **Rechten und Gerechtigkeit**, *in Eccleſiaſticis & Politicis, perpetuir***lich zu laſſen, und ſolches in den allgemeinen Frieden-Schluß mit einzuverleiben ſey?**

Dictat. 21. Jan. per Direct. Magd. Anno 1647.
Præſent. 3. Januarii Anno 1647.

N. I.

Des Heyligen Römiſchen Reichs, Evangeliſchen höchſt- und hochlöblichen Chur-Fürſten und Stände, Hochanſehnliche, Fürtrefliche Herren Abgeſandte ꝛc.

Hoch- und Wohlgeborne, Hoch- und Wohl-Edle, Geſtrenge und Veſte, auch Edle, Ehren Veſte, Grosachtbahre und Hochgelahrte: Gnädiger Graf, Gnädige, auch Hoch- und Großgünſtige Herrn ꝛc.

Daß Eure Hochgräfliche Gnaden, auch Hoch- und Wohl-Edle Geſtr. und Hochgelahrte Gunſten Unſer, Bürgermeiſter und Rath auch geſamter Evangeliſcher

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN